R. GOSCINNY **Asterix** A. UDERZO

Asterix apud Britannos

in Latinum convertit:
RUBRICASTELLANUS

composuit: **RENÉ GOSCINNY**

pinxit: **ALBERT UDERZO**




BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!

GOSCINNY ET UDERZO
NOVUM PERICULUM
ASTERIGIS ET OBELIGIS PRAEBENT

ASTERIX APUD BRITANNOS

composuit: **RENÉ GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION



ANNO A.C.N.L: TOTA GALLIA, QUAE, UT VIDES, EST DIVISA IN PARTES QUINQUE, A ROMANIS OCCUPATA EST... TOTANE? MINIME! VICUS QUIDAM A GALLIS INVICTIS HABITATUS INVASORIBUS RESISTERE ADHUC NON DESINIT. NEQUE VITA FACILIS LEGIONARIIS ROMANIS, QUIBUS SUNT CASTRA BENE MUNITA BABAORUM, AQUARIUM, LAUDANUM, PARVIBONUMQUE...



QUIDAM GALLORUM



ASTERIX HEROS NOSTER EST, QUI SUBIIT HAEC PERICULA. EI VIRO BELLICOSO HUMILI STATURA INGENIOQUE CALLIDO OMNIA PERICULOSA MANDATA SINE ULLA DUBITATIONE COMMITTUNTUR. VIM PLUS QUAM HUMANAM EX POTIONE MAGICA PANORAMIGIS DRUIDAE TRAHIT...



OBELIX INSEPARABILIS ASTERIGIS AMICUS EST. MUNUS EIUS EST INGENTES CIPPOS COMPORTARE, VALDE AMAT CARNEM APRORUM. OBELIX SEMPER PARATUS EST OMNIA EX MANIBUS DEMITTERE, UT ASTERIGEM AD NOVUM PERICULUM SUBEUNDUM SEQUATUR, DUMMODO APRI ET ACERRIMAE RIXAE APPAREANT.

PANORAMIX, VENERABILIS VICI DRUIDA, VISCA SECAT POTIONESQUE MAGICAS MISCET. IMPRIMIS POTIO QUAEDAM, QUAE VIRES INCREDIBILES TRIBUIT, POPULARISSIMA EST ATQUE GRATISSIMA VICANIS. AT PANORAMIGI ETIAM ALIORUM POTUUM PRAECEPTA SUNT...





CANTORIX BARDUS EST. IUDICIA DE EIUS INDOLE DIVERSA SUNT: IPSE SE INGENIOSUM IUDICAT, OMNES CETERI CANTUS EIUS INCREDIBILES ESSE SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, SODALIS HILARIS ATQUE ALACER EST, AB OMNIBUS MAGNI AESTIMATUS...

MAIESTIX POSTREMO PRINCEPS CIVITATIS EST. AUGUSTUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSUS HOMO REI MILITARIS PERITISSIMUS A SUIS COLITUR, TIMETUR AUTEM AB HOSTIBUS. MAIESTIX NIHIL TIMET NISI HOC UNUM: NE CAELUM IN CAPUT CADAT. AT UT IPSE DICIT: „NONDUM OMNIUM DIERUM SOL OCCIDIT."


BRITANNIA
LONDINIUM
MARE BRITANNICUM
PORTUS ITIUS
GALLIA
per Mare Britannicum, quod fretum Britanniam a continenti dividit, aliqui piratae providenter navigant...
collatrones! pecunia diu reposita hanc navem emimus. itaque Galli nobis cavendi sunt!
navis a dext'a!
nonne illi Galli sunt, pro Teutates?
'omani sunt, p'o lupite'!
optime! opitme! iarrg! optime!
copia ' omano'um! ma'e 'omanis abundat!
?!?
at?... at?... aufugiamus!
sero!
b"""""!
f'igo'e t'emo!
o fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas!
desinas ineptire, miser famule, atque fac mihi explices, quidnam modo acciderit!
facilis est explicatio! C.I. Caesar cum omnibus suis navibus copiisque in Britanniam contendit...


Gallia pacata Caesar in Britanniam proficisci constituit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus suis auxilia inde subministrata intellegebat ut insulam adiret, exercitum in naves imposuit in Itio portu...
HIBERNIA
CALEDONIA
BRITANNIA
GLEVUM
CAMULODUNUM
LONDINIUM
DUBRIS
DUROVERNUM
VENTA BELGARUM
PORTUS ITIUS
GALLIA
Britanni Gallis simillimi erant; nam multi eorum a civitatibus Gallicis orti sunt, quae sedem in Britanniam transtulerant. eadem usi sunt lingua atque Galli, tamen oratio eorum mira quadam ratione erat...
di boni! spectaculum egregium esse!
esse quidem annon?
imperium Britannorum Cassivellaunus princeps obtinebat.
sed Britanni etsi fortissimo animo erant, tamen alienis moribus minus efficiebant...
attat! ego credere tempus adesse, annon?
tempusne? quid faciendi?
BONG
ego quaesere, tu veniam dare! ego pergere velle, cum tempus esse.
quonam petunt, per Iovem?
nescio, per Mercurium! a pugna acerrime commissa discedunt. dedecet!
...hora quinta postmeridiana interquiescere solebant, ut aquam fervidam biberent...
ego quaesere, tu mihi paululum lactis addere!
ego addere, si tibi placere.
tune mihi posse oblinere panem tostum fructuum liquamine?
posse!
...praeterea quinto quoque die biduum interquieverunt...
nunc hebdomas exire, quod mihi dolere!
me in furorem impellunt!!!
C.I. Caesar, maximus imperator, proelia non committebat nisi hora quinta postmeridiana diebusque otiosis Britannorum...
attatat! horribile esse! o genus admodum impolitum et rude!
aggrediamur, per Iunonem!
paulo post Cassivellauno imperium Romanorum accipiendum atque tota Britannia occupata est...
SPQR
totane? minime! vicus quidam in Cantio situs invasoribus resistit.


viculum, qui Romanis occupantibus gloriosissime resistit, Britanni atrocissimi incolunt, quibus Sebigbos princeps imperat...
TAX
qui viri ex omnibus Britanniae partibus huc venerunt amore libertatis coniuncti. fuerunt inter eos Hiberni et Caledones...
Tostvisporrix atque ego advocati esse a principe, cui esse nomen Haemendex.
ego tenere. MacMixtpiclix, res revera in discrimine esse.
revera...
nos copias hostium arcere noniam posse. subsidium necessarium esse.
gratia esse. ego saccharon nolle, sed paulum lactis sumere.
unus ex cognatis meis in vico Gallico habitare, qui per longum tempus Romanis resistere potione ut dicere magica, quae vires divinas tribuere.
Haemendex! ego iubere te cognatum tuum Gallicum adire nobisque aliquid potionis magicae referre. haec esse spes nobis reliqua.
vau! ego hoc modo Asterigem meum videre, dilectissimum cognatum, quem ego non vidisse ex longo tempore, annon?
ego velle haec res dis iuvantibus bene succedere!
nocte appetente...
utinam di tibi dare, quae tu petere et cetera...
...Haemendex agilis per Romanos repit...
hac nocte Britanni quietos se tenebunt, cum nebula desit!
...atque oram pervenit, unde scapha fragili in Galliam proficiscitur...
Haemendex ortus est a Cantabrigiensibus, quae civitas celeberrimos remiges genuit.
TLIC
TACC


viculus nobis bene notus summa in pace est, quae res pluribus molestiam affert...
taedet me otii, Asterix. vix quemquam Romanorum reperis.
omnes fere Romanos in Britannia versari non ignoras, Obelix.
sed hoc iustum non est! Britanni si delectari volunt, huc veniant neque Romanos ad se arcessant!
iterum tibi affirmo, Obelix: Britanni non arcessiverunt Romanos ad se...
ehe! ehe!
PLOP
vosne, mi domini, mihi dicere posse, ubi Asterix quidam habitare?
!?
ego Asterix sum!
fortuna mihi favere! ego Haemendex esse! nos manus quatere!
Haemendex, mi consobrine!
ecce Obelix, amicissimus meus!
ego et tecum manus quatere!
bene.
Obelix!
BUM BUM BUM BUM
at consobrinus tuus ipse mihi dixit...
venit quidem e Britannia, ubi homines paulo aliter loquuntur atque nos!
mirum! mirum!


quae vis! manare-ne ex illa potione magica?
ita est. Obelix in potionem incidit natus infans.
est communis opinio!
hac potione, consobrine Asterix, nobis opus esse, ut nos exercitum Romanorum repellere.
agedum, Haemendex, loquamur cum Maiestige, principe nostro!
cur autem loqueris ita mire?
tune veniam dare, annon?
licetne?
vir vere Britannicus est, sed non nimis quatiendus est, etsi a te petit.
?
oratio Asterigis paulo quidem clarior est quam Obeligis...
vos adiuvabimus! petam a Panoramige, Druida nostro, ut potionem magicam misceat, multum potionis magicae!
age, Haemendex, eamus in casam meam!
ego magnopere gaudere ire in casam tuam!
tu iam vidisse caniculam meam?
quaenam tibi offeram, Haemendex? utrum aprum assum an lac caprarium an cervisiam?
ego velle pocillum aquae ferventis cum nubecula lactis.
???
tua vestis pulcherrima est. scrunc! scrunc!
vestis mea esse panni Caledonii, quem nos tweed appellare.
slip! slip! statne magno pretio?
vestitor meus dives esse.
venite! potio magica paratast. te eam exportare velle suspicor.


potione, quae in hoc dolio inest, tuae civitati vim, Romanis autem timorem inicere poteris.
ego te gratiam habere, o Panoramix Druida!
sed quomodo ego solus hoc dolium in Britanniam exportare?
si paulum potionis sumeres, tibi vis esset ad exportandum idonea, sed profusum esset.
ita est.
nonne tu eadem sentis atque ego, Obelix?
eadem, o Asterix! cum Romani in Britannia sint, in Britannia delectabimur!
age, Haemendex, te in Britanniam prosequemur, si princeps noster permiserit.
hoc excellens consilium esse! sed ego nullo modo vobis molestus esse velle!
ecce princeps noster!
vos in Britanniam per breve tempus devertere permitto, Asterix, praesertim cum admodum paucissimi Romani in nostra regione reperiantur.
bene, fortuna profecto mihi favere!
Romanos videbimus! Romanos videbimus! ioooooooo!
BAU! BAU!
paulum manete, dum ampullas itineri impleam.
quaenam sunt istae herbae, Panoramix?
venerunt e locis longinquis. nescio, quem usum praebeant, sed tecum ducere potes, si libet.



amici nostri ad iter parati sunt...
spero te dicto audientem fore me absente Idefix!
snif!
...omnesque vicani convenerunt, ut fortibus viatoribus vale dicant...
lyrane? quaenam lyra? lyram tuam nusquam vidi, Cantorix.
at... quomodo carmen viaticum...?
TRAX
vellem aliqua cibaria nobiscum duxissemus.
mea bonitas! mensa Britannica iucundissimi saporis esse vobisque valde placere. hoc ego pro certo habere.
ecce linter mea.
ampla quidem non est!
minor esse quam hortus avunculi...
...sed maior quam cassis nepotis mei.
eo ipso tempore biremis Romana e portu Dubrarum solvitur cursumque in Galliam tenet partem militum, qui Aquarium stativa tenent, in Galliam vehens...
certe hic dies tibi laetitiae est, quo in tranquillitatem Aquarii castrorum redis post expeditionis Britannicae atrocitatem!
in regione mea vicus Gallorum delirantium situs est, quo redire cuilibet expeditioni postpono.
?!
linter fragilis a dextra!



quid ego, malum, videre? navem longam Romanorum!
ubinam? ubinam?
ecce Romani! licetne, Aterix?
quamquam eo modo molestiam itineris expellere possimus, proelio abstinere praestat, ne dolium in periculum adducamus.
age, age, Asterix, biremem Romanorum conscendamus!
decedere noniam possumus, quia directissime nobis obviam veniunt.
sume paulum potionis magicae, Haemendex!
sed nunc tempus esse aquam ferventem sumere!
ista scapha profecto fragilis est! sine dubio piscatorum Gallicorum ...timorem eis inicere iuvabit.
fortasse praestat periculum non adire.
periculumne? biremis armis instructa contra scapham fragilem?
scapham fragilem plenam Gallorum!
ha!ha!ha!ha!
videbis, quae Galli tui dicturi sint, cum appropinquaverimus!
ascendamus, per Teutatem!
cu...cur ascendunt?


uaaaaa! per Belisamam!
ecce nos!
at... at quaenam agunt? quaenam...
...agunt?
TAX
BONG! BONG! BONG! VLAM! VLAM! VLAM!
vestra potio mirabilis esse! vos videre, quae ego huic militi Romano afferre!
VAP
hic! hic! hic! mane hic!
nolo! nolo! nolo! nolo!
periimus! illi mente capti sunt, de quibus tibi narravi!
heus, Asterix! quin dolium potionis magicae biremi in Britanniam ducamus?
tacedum de potione, cum hostis aures erigat. praeterea linter nostra minus insolita magisque habilis est quam haec navis longissima!
spero me sermonem vestrum non turbare!
TUX TUX TUX TUX
quidnam hoc rei est?
haec, nebula esse, Asterix, quae celerrime cadere in hac regione omniaque obscurare. brevi nihil iam videre posse.
BAM BAM
tune es, Asterix?
su... su... sum!
ain tu? cur autem non barbatus es?
TAX TAX TAX TAX TAX TAX
parce! parce! mihi!
satis nunc gaudii! Haemendex, Obelix! sine mora ad lintrem redeamus!
redeamus, per Iovem!


nebula remota caelum ac terra mixtae videntur...
parce! parce! parce! parce! parce! parce! parce!
ei!
postquam evanuerunt, nunciam navem in ordinem redigite! ne quis dixerit de hoc casu!
at contra dicamus! illos Gallos invictos dolium potionis magicae plenum in Britanniam inducturos audivi! imperatores praemonendi sunt!
re... revehemur in Britanniam?
pro... propter paululum potionis magicae? ... nonne vim illius potionis in maius extollis?
minime vero, nauarche!
age, age, alea iacta est. in Britanniam revehimur.
BING
interea amici nostri orae Britannicae appropinquant...
estne vobis saepe tanta nebula?
mea bonitas! nebula non esse, si pluere!
paulo post...
scisne, Asterix, quid usui sit? cuniculum a Gallia in Britanniam fodere, ut viatores tuti a nebula atque imbri sint!
a nobis eiusmodi cuniculus fictus, quin etiam inceptus esse. at necesse esse multum tempus praeterire, annon?


ego vos in cauponam bonam ducere, ubi primam cenam Britannicam sumere.
tandem aliquando! ego iam valde esurire!
spero aprum appositum iri!!!
nonne titulum vides?
hoc nihil est. novi cauponam quandam, cui titulus est HOSPITIUM LIBERALE, at...
tacedum, Obelix!
heus, caupo!
eia! Haemendex esse!
psss! psss! psss! psss! psss! psss!
ego videre!
Haemendex mihi dicere vos amicos esse. ego beatus esse vobis manus quatere... ego vobis optimam cenam apponere.
at deinde necesse esse vos abire, quia ministri publici tempora conclusionis diligentissime asservare.
tu nobis, caupo, afferre tria pocula cervisiae!
bah...
frigidane esse tua cervisia? ego tepefacere iubere...
vos assidere! aper paratus esse!
aaaaaaaah!
hic est aper ridens? immo tristem me reddit!
fac edas, Obelix, iudicioque abstineas! in Britannia Britanice vivitur!
sed elixus et cum iure mentae paratus, Asterix! ...bestia miserabilis!



brevi tibi claudendumst, caupo! interea nobis appone quattuor pocula cervisiae!
BANG
e... ego paulo antea istis viris dicere, tempus esse abire.
heu, vos! state, per Iovem! quid vobiscum dolio ducitis?
e e e... cervisiam tepidam.
ah... suave vinum Gallicum suspicatus sum, quod retinuissem... sed cervisiam tepidam... movete!
12A
mirum! ille cervisiam tepidam neglegere videri.
dis gratia!
delirant isti Romani!
AD APRUM RIDENTEM
nos celerrime abire! per oram magna et multa castella posita esse. nos ire Londinium, in urbem magnam, ubi nobis amici esse.
interea apud APRUM RIDENTEM...
decurio!
SACC
nuntium praefecti afferro: in omnibus castellis ad arma conclamatum est. invicti quidam, aliqui Britannus duoque Galli investigantur!
per Mercurium!
telum arcanum dolio secum ducunt!
cervisiam tepidam!!!
TAX
CLAC
immo telum bene notum est: potio magica.
12B


ut ego iam dixisse: fortuna mihi favere!
age, nos Londinium vehi! porro!
at... at falsa viae parte uteris, Haemendex!
ego dicere: vos falsa viae parte uti. ceterum necesse esse hoc in continenti mutatum iri, cum cuniculus sub mari Britannico finitus esse.
delirant isti Britanni!
ecce agmen Romanorum!
age, percurramus per medios Romanos!
dissentio a te! praestat nos incognitos esse. redeamus!
contra praestat nos per medias Romanos percurrere...
mea bonitas! ecce alterum agmen Romanorum!!
sunt qui, pro Minerva!
nos cognoverunt, per Teutatem! transcurramus per illum campum!
porrooooo!
medio in campo...


ego sperare caespitem meum per duo milia annorum cultum satis probabilem fore.
SICC
CLICICLAC
CLICICLICI
CLICICLACCLAC
RATATAT
RATATAT
?!
mea bonitas! horribile visu!
RATAT RATAT RATAT RATAT
iooo triumphe! circum-clusi sunt!
?!?
TCHQRRRR
caespitem ingredi interdictum esse, mi domini!
pro Iupiter! num imperio Romano te opponis?
hortus meus minor quidem esse imperio Romano, sed pilum meum durius sternis vestris!
nos non persequuntur! abestne longe Londinium?
nonnullos modo pedes. Romani intervalla gradibus metiri nos autem pedibus!
pedibus?
sex pedibus opus esse, ut gradus fieri.
delirant isti Britanni!
TOC TOC TOC


Londinii, ante domum praefecti Romanorum...
...cuius animus non mediocriter commovetur.
agmina nostra effugerunt seque verterunt Londinium versus, o C. Prunorumrex!
utique capiendi sunt, per Iunonem! imprimis mihi illud dolium afferte!
eos in taberna aliqua deversari suspicor. tabernas igitur pervestigate omnes omniaque dolia in publicum redigite...
malum vobis! nisi proficietis, vos cum menta coctos leonibus obiciam!
horribile auditu!
miserrimae bestiae!
eo epso tempore in silvula prope Londinium sita...
ego pro certo habere portas urbis custoditas esse. nos nebulam exspectare deinde pergere.
fortasse diu exspectandumst!
nullo modo! nebula celerrime cadere in hoc...
...anni tempore!
delirant isti Britanni!
eadem dicere volui, Asterix!
age, pergamus!
paulo post
assumus!
ecce tumultus!
Hiiiiiii!
fortuna vobis favere: clarissimi cantores apud nos esse!
velim Cantorix haec videat!
Hiiiiii!


AD AMPHORAM GALLICAM
hic nobis amici esse.
BOM BOM BOM BOM BOM BOM BOM
ah, ecce Haemendex cum viris Gallicis! vos pergrati venire, praesertim cum Romani non adesse.
salve, Relax!
Romani vos quaerere. melius esse vos expectare, dum Romani cessare. vos occultare Londinii posteaque iter in vicum seditiosum pergere.
ego dolium vestrum in hypogeo occultare inter dolia vini Gallici.
paulo post...
quidnam vos bibere? utrum aquam calidam an cervisiam tepidam an vinum russum frigidum?
ego potiones scilicet gratis offerre.
ceterum qua pecunia utimini?
tu facile intellegere...
nobis libra ferrea esse, quae pretium habere trium semississque sestertium, praeterea quattuor particularum stagni, quarum quaeque unam semissemque particulam cypri valere, sestertium autem valere duo decim particulas aeris et...
delirant ist...
nisi cervisiam tuam bibis, frigescet!
!?
nomine Caesaris: reserate!
VAM VAM VAM VAM



agmen Romanorum adesse! vos celerrime abdere!
pro Iupiter! quousque tandem?
VAM VAM
ego venire! ego venire!
tu veniam dare! aliquid bullire in foco meo!
bene, bene! quaerimus tres viros!
agite, pueri, omnia perscrutamini!
paulo post...
neminem quidem repperimus, decurio, sed hypogeum plenum est doliorum!
age! omnia publicanda sunt!
facinus indignum! vos totum me perdere!
iussus sum, caupo. omnia dolia publicanda sunt, cum telum arcanum quaeramus!
vae tibi, si inter dolia tuo nomine signata id est, quod quaerimus... tenesne? ave!
haec omnia me enervare!
satis.
revera.
profecto.
desinite animis perturbari, sed potius consideremus, quo modo dolium recuperaturi simus, antequam Romani id reperiant.


noctu Romani vias obtinere, ergo vos nihil facere posse nisi postridie.
quo melius est! edormiamus!
ubi nox appetivit, ante domum praefecti res mirae aguntur...
omnia dolia cauponarum Londinii publicata in hypogeo domus sunt, o C. Prunorumrex!
optime! omnes tui, quod in doliis inest, gustent...
...quo modo fortasse dolium potionis magicae reperiamus... bibite!
et hypogeum clarissimum illud spectaculum praebet: legionem Romanam in acie laborantem!
omnes parent dicto meo! ante suum quisque dolium consistat! cuius dolium miro sapore sit, mihi indicet!
dolia fraaangite!
TSACC


bibiii...
VAP
...teeee!
GLUTGLUTGLUT
neque obliti sitis dolium, ex quo potaveritis, asterisco notare... nunc autem abeo, vos laborare pergite!
atque milites magna cum disciplina potando continuant...
VAP
...per horas...
icc!
...etiam peto!
...atque horas...
icc!
icc!
icc!
icc!
icc!
icc!
RACC
heus, Curculio! de ho... hoc dolio iam ...icc... gustavisti!
revera gu...gustavi. tamen pro certo scire volo, utrum haec potio magica sit... icc...
de vetere disciplina supra demonstrata actum est...
de... de... de hoc dolio noniam stugavi... gustavi!
O ROOOMA! O AMOR! O MORA! A ... ROOOMA!
qu... quis vupulare valt? quis?
GLUT! GLUT! GLUT!
si... sine me st... gustare
munas... manus de lodio... icc! molio deo!
ibi... icc... abi!
icc!


?!?!
heus tu! pau ...paucis te volo!
icc! qu... quid?
TAXXX
hihihihi!
primo mane...
bene! necesse esse nos dolium potionis magicae repetere. Relax nobis permittere carrum. puer probus esse.
PRO OMNIBUS
hae raedae bitabulatae mirae sunt...
eae servire vecturae publicae. honoris imperii Romani causa IMPE-RIALES nominari.
quid ad haec tectula portabilia?
ne caelum cadere in capita nostra!
ain vero? melo-pepo meus pluris est?
est!
vidistine, Asterix? iste Londiniensis melopepone pro tegumento capitis utitur!
domui praefecti appropin-quamus.
quomodo nos per vigilias transire?
non est tempus deli-berandi, per Teutatem! si nos transire prohibebunt, alapas accipient!
id est consilium excellens!
TUX
TUX
TUX
sed vigiliae liberalitatis insolen-tis sunt...
icc!


hic nos exspecta, Haemendex! si noniam redibimus, supplementum arcesse!
?
bene.
ave! cloacam purgare iussi sumus...
?
ave, purgatores! intrate, vos quattuor! icc! vivant purgatores!
?!?
heu! hihihi! icc!
CLONG
quidnam hic actum est??
SSSS
ZZZ
mihi persuasum est hunc esse aditum hypogei, ubi dolia publicata deposita sunt.
?
ego maximus sum! qui ex dolio meo potare vult, adeat! icc... sine mora!
adite, vos duo crassi, adite! icc! rixemur!
nusquam duo crassi sunt, tantum unus, qui crassus non est!
TAX
BUM
hoc faciendum non erat, Obelix. forsitan hic legionarius nobis dicere potuisset, ubi sit dolium nostrum...
ecce dolia Relagis... sed in quo potio magica inest?
gustandumst!


GLUTGLUTGLUT
longum est de omnibus doliis gustare, quia in hypogeo praefecti morari periculosius est.
certe quidem periculosius, atqui dulcius!
nonne te pudet, Obelix? bibere desine meque adiuva in doliis auferendis!
RELAX
RELAX
RELAX
accelera! saepius eundumst!
RELAX
paulo post...
omnia dolia in carrum imposuimus. age, Haemendex, proficiscamur nullos ad nos oculos convertentes!
porro!
DOLIA SUNT MUNDA ATQUE ROTUNDA, VIVAT BRITANNIA...
DOLIA SUNT MUNDA ATQUE ROTUNDA, VIVAT BRITANNIA...
tacedum, Obelix! tumultum moves!
ululul! Asterix me noniam amat, ululul!
immo vero te amo, Obelix... sed oculos militum per urbem vagantium ad nos convertis...
ego te amo, Asterix, quidque fiat, si vagabundi... icc...Romani tibi malefacere velint, icc...videbis!!!
ae nobis, video vagabundos!


ssst, Obelix!
crrrrrrrr!
ecce vagabundi Romani, qu... qui acim...amicissimo meo Asterigi lamefacere volunt!
sta!!!
?
?
?
?
?
?
?
sine ulla dubitatione unus ex Gallis est, qui nobis reperiendi sunt. comprendite eum!
nomine Caesaris, ego te...
Obelix adiuvandus est, cum sit inusitata condicione.
num ei condicio usitata esse?
TUX
TUX
VAMM
23
TUX
TAX
SNIF!
SNIF!
SNIF!
SNIF!
ecce carrus derelictus! bene contingit furi carrorum!
porro!
fatigatuch chum, Achterix!
miserrime Obelix! bibere solet nisi lac caprarium. itaque vinum pessimam vim in eum habet. sobrium valde eum pudebit.
mea bonitas! carrus noniam hic esse!
23B


age, deponamus Obeligem in hospitio Relagis. quo facto carrus quaerendus est.
paulo post...
AD AMPHORAM GALLICAM
SSSSSSS!
SSSSSSS!
dolium potionis magicae recuperandum est.
ita esse!
interea in aula praefecti...
milites legionarii! pudore affectus sum, quod vos barbaros atque rudes praebuistis! quod si Caesar cognoverit, leonibus circi maximi epulae apparabuntur!
tenetisne?
devorari quam inclamari malo...
nulla dolia sublata sunt nisi Relagis cauponis!
ergo cauponam eius perscrutati omnes ibi versantes comprendite?
nos Gallos quaesitum imus.
no... nos repperimus.
24


multas horas Londinium pervagati carrum nostrum invenire non possumus!
res difficillima esse, ut acum quaerere in feno.
ecce caupona Relagis!
mea bonitas!
quidnam accidisse?
Romani cauponam ingressi atque perscrutati omnia evertisse duoque viros captos secum duxisse: Relagem atque crassum quendam dormientem, cuius in ventre multae cassides positae fuisse!
Obelix meus in manibus Romanorum!
tu bono animo esse, Asterix, neque labia demittere!
uterque reperiendus est: Obelix atque potio magica, per Teutatem!
TAX
quocumque abstracti sunt?
in turrim Londinii, tutissimum carcerem urbis. duae esse portae, quae diligentissime custoditae esse.
age, bibamus, quod reliquum est potionis magicae. deinde proficiscamur!
CORR!
CORR!
CORR!
turris tristissima Londinii...
in cella summae turris...
u... ubinam sum?
in turri Londinii. res nostrae pessimo loco esse!
etiamsi nos cum menta coquent, nihil enuntiabimus!
desine tandem clamare!



hic manere non possumus, cum Asterix sollicitetur.
nescioquid excogitabit. Asterix semper de me sollicitus est!
tuus Asterix causam habere, quod sollicitare, mi puer!
quo magis placandus est. ceterum spiritum ducere paulumque aquae bibere volo.
profecto lingua palato adhaeret pauloque minus valeo. eamus.
miserrime puer! plane delirare!
!!!
CRACC
licetne adiuvare?
CRACC
heus! si portam vestram caram habetis, aperite nobis descendentibus!
HOHO! HOHO! HOHO!
?
nonne venitis?
profecto!
CRACC
ei!
vae!
per Iovem!
at quid...
parcere...
mittere...
?
TUX
TAX
BING
BANG
CLANG
CLONG
?
delectabilis visu haec turris Londinii!
PORTA II
TAX
eo ipso tempore ante alteram portam...
PORTA II
TAX
26


ei!
vae!
mittere!
satis!
per Iovem!
attat!
tune hic, Obelix?
ecce Asterix in summa turri! ascendamus!
num tu in turrim redire?
hic sum, Asterix! ascendo!
descendo, Obelix!
eii!
vae!
aut sursum aut deorsum, si modo vos desinere nos verberare, per Iovem!
satis!
desistere!
denique...
PORTA II
pudet me omnium, quae acciderunt, Asterix.
at nil accidit, Obelix!
insolentiae est!
paulo postea apud praefectum...
quid? evaserunt?
nisi eos recuperaveritis, vos omnes cervisia tepida mergam!!!
Britannorum! Gallorum! potatorum! omnium me piget! piget! uluuuul!
27




ego vos ducere ad cognatum meum, qui caupo esse ut ego. ei nomen esse Rapax. hic fortasse nos adiuvare posse.
consilium optimum.
!!
Relax, mi consobrine! ego valde gaudere te mihi obviam fieri. ego accepisse vos a Romanis captos esse, quae res me valde sollicitavisse!
et ego valde gaudeo, Rapax!
necesse esse nunciam affectus animorum reprimere. ego vobis aliquid monstrare velle.
homo quidam obscurus quamvis Britannicus venisse atque mihi vendere dolium nomine tuo signatum.
?!?
RELAX
hoc unum ex doliis raptatis esse!
tamen non potionis magicae.
ego illum virum sequi iussisse. haec esse inscriptio eius cursualis: via arborea LVII.
tu puer probus esse.
estne procul?
satis.
melius esse, si vos paulum apri elixi edere, antequam abire.
immo statim furem quaeramus.
paulo post...
hic sumus...
nunc nobis quaerenda esse domus LVII.
Teutatis gratia numerum novimus. forsitan descriptio domus non sufficiat.
28


haec esse LVII.
licetne intrare, Asterix?
licet, Obelix!
LVII
CRACC
LVII
LVII
quid hoc sibi velle? ista quidem vis esse!
tranquillo animo opus esse, Petula. hi viri omnia statim explanare, annon?
MEA DOMUS ESSE MEUM CASTELLUM
tu mihi dicere: hicne esse numerus LVII?
immo LVIII esse, sed nota numeri I decidisse.
TEMPORA
nos erravisse. porta vestra reparatum iri. nos petere, ut vos veniam dare!
bene, nos dare. quid?
MEA DOMUS ESSE MEUM CASTELLUM
tu me admonere, Petula, ut amissam notam I reficere. ceterum ego nunc cupere poculum aquae ferventis atque orbiculum panis tosti.
TEMPORA
ego credere nos hic esse.
licetne intro ire, Asterix?
licet, Obelix!
LVII
CRACC
utrum haec numerus LVII est, an nota I decidit?
i... ita esse, n... non esse, at quo iure vos invadere?
29



ah!
quid vos dicere?
ecce dolium!
e... ego iure emisse...
haec potio magica non esse.
SNIF! SNIF!
furcifer!
loquere, per Belenum!
CRAC
vicini nostri hodie ingentem strepitum facere, Petula, annon?
revera facere. tune sumere nubeculam lactis ad aquam ferventem?
CLANG
volo quidem!
loquere tandem! loquere tandem!
fac loquaris, per Teutatem!
attat! ego maximo gaudio affici, si vicinus loqui, ut acta diurna in otio perlegere posse!
loquar!
loquar!
ah, optimum esse!
CLIC CLIC CLIC
ego carrum vestrum rapuisse atque vendidisse omnia dolia praeter hoc unum, sed mihi esse nomina omnium emptorum et ego vobis dare indicem omnium quas rapuisse rerum proximo mense.
30


visitemus omnes caupones, qui in hoc indice ascripti sunt. cum omnes omnia dolia rapta emerint, unus ex iis potionem magicam habet.
paulo post...
quid vos velle, mi domini?
doliane emisti, quae inscribuntur RELAX?
unum quidem. Romani omnia quae ego possedisse dolia publicavisse. quid vos velle?
unam pateram vini.
unamne tribus viris? ego suspicari vos Caledones* esse, annon?
*etiam Scoti nominantur
vinum verum atque sincerum.
SNIF! SNIF! SNIF!
SNIF! SNIF! SNIF!
mea bonitas! nimirum vinum esse! vos bibere bona fide!
gratias agimus. modo videre voluimus.
TABERNA AD ANGULUM
sunt qui...
an sequamur?
abstine! scire volo, quaenam in caupona quaesiverint.
illi viri vinum meum videre voluisse! esse quidem miri mores in continenti vestra!
revera miri!
teneo, per Iovem! Galli dolium amissum quaerunt. si eos sequemur, nos ad potionem magicam ducent!
31



AD AMICUM CHARLIX
omnes paene cauponas, quae sunt in indice, frustra visitamus. videamus etiam hic!
ego numquam adhuc tantum vini vidisse.
libet nonnumquam videre pateram vini, sed ne quid nimis!
ego revera dolium vini Gallici emisse, sed statim vendidisse lusoribus Camuloduni, qui cras, ut vos certe scire, cum flore Duroverni certare.
quid sibi vult?
vaooo! hic ludus nobis Britannis maximum gaudium afferre. triginta Britanni divisi in duo partes quinorum denorum lusorum cucurbita certare.
hoc certamen inter agmina quinque tribuum commissum cras apud Londinium esse.
ego magnopere gloriari, quod dolium meum lusoribus Camuloduni vendidisse... **porro, Camulodunum!!!**
ego sperare vinum bonum esse adque victoriam patrandam eos adiuturum!
si id dolium est, quod suspicor, vinci non poterunt.
postridie amici nostri proficiscuntur ad arenam, ubi Camulodunenses cum Durovernensibus certabunt...
quae copia hominum!
ludus enim popularissimus esse!
DUROVERNUM
CAMULODUNUM PORRO!
DUROVERNUM VINCET!
mirum modo est, quod Romani nos turbare non student.
fortasse vapulare nolunt. multorum hominum est satis habere, cum paululum vapulaverunt.
Romani autem non longe absunt...
tenetisne tandem, per Mercurium? oculos quoquoversus convertentes vos multitudini immiscete!
decurio, ut civili veste utamur, imperavit, asine!
nonne civili veste utor?
32



lusores Camulodunenses videre volumus!
et vobis ut omnibus ceteris pro introitu solvendum esse. vos eadem pecunia lusores utriusque partis videre posse, cari amici.
SPECTATORIBUS INTERDICTUM
quis iure mentioso caret?
cervisia satis tepida!
aqua fervida! aqua fervida!
vexilla et notae partis, cui vos favere!
?!?
ADITUS SPECTATORUM
bene, nos hic sedere.
explica nobis, amabo te, leges certaminis, Haemendex!
leges simplices esse. omnia licere, ut lusor cucurbitam trans metam adversarii mittere. interdictum esse, quominus lusores armis uti, nisi prius indixisse.
VIVAT CAMULODUNUM!!
VIVAT DUROVERNUM!!
UIIIIIIIIING! NIIIIIIIIING!
ecce bardi Caledonii...
BAM BAM
ecce anser sacer agminis Camulodunensis!
PORRO CAMULODUNUM
ecce gallina agminis Durovernensis!
VIVAT DUROVERNUM!
ECCE! ECCE LUSORES!!!



PORRO CAMULODUNUM!
VIVAT DUROVERNUM!
CAMVLODVNVM
DVROVERNVM
BUHUUU!
iste arbiter Druida esse, qui signum dare, ut ludus incipere.
VAP
PORRO DUROVERNUM
BUM BUM BUM BUM!
hic modus certandi in Galliam importandus est!
ita est! at Camulodunenes vincere non videntur... si vero lusores potionem magi cam potavis sent...
BUHUUU!
?!?
BUM BUM BUM
hic quidem nullo modo simulare... adiutores!
POC


vir miserrimus ad tempus infinitum ludere non posse, annon?
non posse.
ecce dolium nostrum!
RELAX
nunc tandem videbimus, num potio magica inest!
BAM
BAM
iooooo!
Ipipurax!
Ipipurax!
Ipipurax!
Ipipuraxne?
hoc esse nomen eius!
TCHRRR
STATUS LUDI
CAMVLODVNVM
VERSVS
DVROVERNVM
I I I
I I I
V


TAX
POC
TAX
bene, mi vetule, nonne tu os meum calcavisse?
quiescere conemur. hic modo ludus ess...
TAX
CLAC CLAC CLAC
CLAC CLAC CLAC CLAC CLAC CLAC CLAC CLAC
Ipipurax cucurbitam trans metam misisse. is nunc conari rem vertere.
VUUM
STATUS LUDI
CAMVLODVNVM VERSVS DVROVERNVM
VIII III
haec est vis potionis magicae. videamus!
malum, furcifer! quisnam te stationem relinquere iussit?
aliquis cucurbitam in caput meum misit.



campum pervolemus, ut dolium recuperemus!
CLAC
CLAC
CLAC
legionarii veste civili usi, persequimini eos!
quid autem ego nunc faciam?
state ilico! res iam satis confusa est. relinquite arenam omnes, qui non colluditis!
nomine Caesaris! secede de via!
...sumus enim legionarii Romani!
CLAC
CLAC
STATUS LUDI
CAMVLODVNVM VERSVS DVROVERNVM
LVII III
X
libet hoc dolium emere.
attat, fieri non posse. dolium nobis opus esse, ut lusores recreari.
RELAX
publicate hoc dolium!
Romani!
adiuva me, Obelix, per Teutatem!
iam praesto sum!
nemo per nos transire!
crederes!
VADAM


semper tui similis es!
ego quoque temptare velle! porro, Gallia!
cedo dolium!
necesse esse tu eis cucurbitam reddere, ut ludere posse.
BUHUUU!
(suspirare)
?/?
leeegio ad me!
et hic est finis certaminis...
STATUS LUDI
CAMVLODVNVM VERSVS DVROVERNVM
DCCCIV III
u... ubinam Galli sunt?
quonam ille crassus cucurrit cum dolio, per Iovem?
ego nescire, quod mihi dolere, quia statim pactionem cum eo facere voluisse. qui cursor!


quo nunc eamus, Haemendex?
ibi fluvius esse, nos per fluvium fugere!
legionarii Romani nos persequi...
eosne expectemus, Asterix?
age, celerrime scapham conscendamus!
eosne persequamur, decurio?
id necesse non est. in laqueis haerent, quod fugam per fluvium providimus. capientur a nostris navibus longis.
revera...
ecce biremis Romanorum!
dedite vos, per Iovem!!
numquam, per Teutatem!!!
non plus habetis sapientiae quam lapis...
miiiiite!
BANG
SACC
muscam captavi!
potio quidem magica nobis non est, sed onus Gallicum deposuimus. quam rem praefecto nuntiemus...
SQUASS
vide imaginem sequentem!


removent. in terram egredi possumus.
saxum eorum medium dolium feriebat.
stultissimi Romani nobis ne minimam quidem occasionem dederunt verberandi!
hoc non licere!
desine lamentari, bone Obelix. nunc Haemendegem vicumque eius adiuvemus, ut Romanos vincant potione carentes.
SNIF! SNIF!
TAP! TAP! TAP!
nos pergrati vobis esse, id certum esse!
sic locuti amici nostri Romanis non turbantibus – quia Romani eos demersos duxerunt – iter in vicum in Cantio situm pergunt invasoribus fortissime resistentem. potio autem magica caeruleis Tamesis undis …
dissoluta est…
...qua re piscatoribus mira contingunt...
bene, aliquid hamum voravisse!
... minimi enim pisces piscatores in aquam trahunt...
... piscatores autem vix ex undis emersi collegas irridentes ad silentium compellere possunt...
TAX
paucis diebus post amici nostri in vicum Haemendegis pervenerunt, ubi Sebigbos princeps eiusque adiutores Tostvisporrix atque Mixtpiclix eos benigne excipiunt.
quomodo vos aciem Romanam perrupisse?
se tutos a nobis habent. nemo nos tardavit, nisi unum agmen Romanorum.
ita est. causae ridendi non multae erant.


vosne ergo potionem magicam amisisse? de nobis actum esse. legiones Romanae, cum id comperire, nos oppugnare!
nos armati mori. hoc certum esse.
consilium optimum!
nolite desperare, per Teutatem! in marsupio meo quasdam herbas inveni, quibuscum potionem magicam miscere potero.
afferte mihi aenum aquae ferventis plenum, ut potionem parem.
?
nos servati esse, nonne mirum esse?
revera mirum!
mirum esse!
potesne revera potionem magicam miscere, Asterix?
non possum, Obelix. soli Panoramigi, nostro Druidae, secretum potionis est...
Panoramix mihi e vico nostro proficiscenti has herbas dedit. fortasse vires nobis incognitae insunt. utcumque sit, potio mea amicis nostris Britannicis animum fortem iniciet.
aqua fervida parata esse!
bene! bene nobis contingere, ut tu potionem magicam miscere posse!
nobisne diu expectandum esse?
potio iam paratast!
ah? hanc potionem miscere non difficilius videri quam nostram. ego com militones convocare!
attat! ego diffidere culinae Gallorum!
num alium in potione inest?
ego condire velle potionem meam magicam nebecula lactis.
delirant isti Britanni!
nunc nobis expectandum esse, dum Romani aggredi.


dolus Asterigis Britannis, bonus quidam nuntius Romanis animum affert...
ave, legate! praefectus C. Prunorumrex me mittit, ut tibi nuntiem potionem magicam una cum Gallis aqua dissolutam esse!
pro sancte Iuppiter! nunc occasio decertandi est!! bucinae atque tubae canant!
TARATANTARA!
TARATANTARA!
iterum nobis spectaculum legionis in acie constitutae praebetur...
centuriones, decuriones, milites legionarii! hostes a nobis obsessi et potionem magicam et socios Gallicos amiserunt. nullum iam periculum est.
...more quadrato...
sine ullo periculo vincentes omnia incommoda vitabimus! ergo...
... more cunei...
instemus!
legionarii! vobis indico nos praesto esse cum potione magica. adhuc tempus est arma tradendi!
...more circuli...
ubi Asterix ibi Obelix!
qui Obelix? num ille mente captus?!!!
ille mihi bene notus est ex tempore, quo Aquari in castris fui. Asterix vocatur.
ceterum Britannis potionem magicam dederunt.
quid tandem est? instemus!!!
recte clamat! instate! parete principi!
BONG BUMM! BONG BUMM! BONG
disciplinam servate, per Teutatem! instate, quaeso!
age, Asterix!
age, Sebigbos!


eruptionem faciunt!
incurrunt in nos!
non es domi, Obelix. alios praetermitte!
qua de causa? viatores omnibus anteponendi sunt!
porro, venatores!
ultima ratio legionis Romanae: receptus. milites collocantur ad libitum.
salutem petat, qui potest!!!
TCRAAAC
nescio, num possim, sed conabor.
fugiunt!
victoria!
mitte eum! quid ei inferre vis?
in otio eum conficiam.
nos maximas gratias vobis agere, Asterix! vestro auxilio adiuti nos Romanos vicisse. nos eos persequi omnemque Britanniam liberare.
ceterum potio magica, quam vobis obtuli, magica non fuit...
ego coniectavisse... sed potio pugnatoribus meis animum attulisse. vos, ubi in Galliam revertisse, nobis aliquantum illarum herbarum mittere necesse esse, ut nos ex iis potionem publicam creare.
vale, Haemendex, mi consobrine! nos in Galliam revertimur. mandatum nostrum perfecimus.
vos manere debere, ut nos gratiam referre, nos epulam regio apparutu instruere, i.e. et apro elixo et bove elixo et...
age, cedamus!
bene, ego gaudere vos huc venisse, revera!
nunc nos tibi visitandi sumus.
43


celerrime domum revertamur! etiamsi in itinere piratas offendemus, sine mora iter pergendum censeo!
consentio tecum. sed nonne hoc modo eos offendemus?
SPLASS
SPLASS
pa´va scapha a dext´a!
navem meam brevissimo tempore ante emi. itaque nihil periculi subeundumst. videamus, quinam in nave sint.
malum! iterum illa monstra Gallica! aufugiendumst!
postea...
omnium felicissimus sum! nunc tandem eis infecta re abeundumst! celerior fui! me non demerserunt!
CRAAAAC
in terram delatus sum, sed me non demerserunt!
egone stationem ´elinque´e possum?
fluctuat nec mergitur!
viculus autem cum heroibus suis excellentissimum triumphum celebrat. convivium regio apparatu instruitur. Asterix de itinere Britannico narrat Obelixque ambo amicos in manibus habet, quos ut notum est libentissime appetit...
Idefix, mea canicula, atque aper assus! vivat Gallia!
o Panoramix, Druida noster, quaenam illae herbae erant, quas mihi discendenti dedisti?
ah, erant illae herbae ex terris longe remotis.
et quomodo vocantur?
thea!
CLAC
FINIS
UDERZO & GOSCINNY


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit.

www.asterix.de
http://de.asterix.com

ISBN 978-3-7704-0059-1
9 783770 400591
€12,70 [D] / €13,10 [A]